

Pelagij of. Malric Armiger regis. Lop Lopez Maiordomus regis. Didacus Monnoz Majorinus in Carrione. Fernand Guterriz maiorinus in Legione. Petrus Isidori notuit; & confirmat. ✱

### ESCRITURA CLIX.

*El Emperador D. Alonso da á Sabagun la Villa Lil, que hoy se llama Mansilla, con sus veinte Aldeas; y le confirma todos sus Privilegios.*

Cax. i. leg. 3. n. 8.

Año de  
1136.

**I**N nomine sanctæ trinitatis Patris ingeniti Filij unigeniti sancti que Flaminis ab utroque procedentis. Ego Adefonsus Hispaniarum Imperator omnibus imperij nostri, & ecclesiæ statum servare cupientibus, bene valere. Quoniam Hispaniæ regnum post mortem avi mei regis Ildefonsi multis perturbationibus, & calamitatibus oppresum iam que pene dissolutum nobis omnipotens cuius dono reges regnant, & Principes imperant committere dignatus est, curandum sum-opere nobis est, ut queque honesta in regno nostro Succrescant, & inhonesta atque iniqua consulte extirpentur. Igitur ceteris que quodam modo solent animum impedire postpositis, elegimus Deo annuente Quadragesime tempus apud monasterium sanctorum Facundi & Primitivi, quod dicitur Domnis Sanctis transigere, & de miserorum subleatione, & malorum opresione, & de Ecclesiarum restauratione tractare. Quod pro posse deo adiubante peregrimus. Unde inter cetera predicto monasterio, & Abbati, & monachis ibi degentibus presentibus, & futuris imperiali excellentia leges, & iura, & *inviolabilem libertatem*, quam Romani Pontifices, & Hispani Reges dederunt, & Privilegijs ac testamentis firmaverunt, & que benignitate sua stabilierunt, nos in perpetuum concedimus. Possessiones etiam quibus hactenus Caruit ei restituimus, & ut deinceps absque omni inquietatione ecclesiasticarum, & laicarum personarum intemerata

libertate in perpetuum preemineat, nostra auctoritate precipimus, & obstatamus. Et insuper speciali dono pro incolumitate nostra, & regni statu, & pro anima mea, & parentum meorum, pariter que pro anima Avi mei regis Adefonsi inibi sepulti, de cuius insigni prosapia nos emersisse gloriamur. Ego Adefonsus Dei gratia Imperator offero Deo, & sanctis martiribus Facundo & Primitivo, & vobis Dominico Abbati & monachis presentibus & futuris Villa Lil per suos terminos cum totis suis directis, & cum suo Alfoz, & cum suo Saonicio, cum Portatico, cum Mercato, & cum suis calumpnijs, & cum omnibus suis Villis, cum pasquis & pratis, cum montibus, & arbustis; cum fontibus, & ribullis, cum fluminibus, & Pelagis, cum aqueductibus suis, cum molendinis, cum arboribus fructuosis, & infructuosis, cum Egresibus, & regresibus, & cum omnibus pertinentijs, tam ad prefatam Villam Lil pertinentibus, quam alias suas villas, quarum nomina hæc sunt: Mercadello integra, Jebares integra, villa Gozen integra, sancta Eugenia integra, Palaziolo integra, Valde Rezmonte integra, Villella integra, Calzada integra, Sancta Elena integra, Morales de Suso integra, Morales de Juso integra, Sancto Martino, & Quintanelas de Paramo & villam Munio, & villela de Anguilar, & val de Archos, & villam Framiro & villam Rave, & Monte de Perra, & Monte de Canizal, & Sancto Adriano; omnes istas ab integro. Media de Villazalama in riego. in Malellos, in Villa Donarella, in Manssella Maior, in Villa Moros; in Rebollar, in Barrio, in val de Ferreros, in Valleio, in Mazarefos, in villa Sabarigo, in Villafale, in villa Olquit, & in alia villa Moros, & in sobradello, in villa Nannin, in Petrosella, in villa Eiza, in Jubarella, in villa Avolo, in villa Gaian, in villa Ferro, in val de Taias, in Malmellar, in Longuos, in Villella totam meam portionem, & media de Villafan, & una arca inter Villa Sicca, & Torre. Has Villas supra-

prædictas, sicut superius scriptum est, do, & concedo monasterio iam dicto & Abbati, & Monachis, & presentibus, & futuris cum omnibus suis pertinentijs, sicut eas habuit, & tenuit Avus meus Rex Adefonsus, & sicut ego habeo & habere debeo, ut habeant, & teneant illa iure hereditario in sempiternum. (y puestas luego las imprecaciones, acaba asi): Facta carta in Sancto Facundo XII.º Kidas Aprilis. Era M. C. 2XXIII.º Adefonso Imperatore Imperante in Toletis, in Legionibus, in Sarragoza, Naiara, Castella, & Galicia. Ego Adefonsus Imperator una cum coniuge mea Domna Berengaria hanc cartam iussi fieri, & factam propria manu roboravi in anno quo in Legionibus primum coronatus fui. ✠ Huius rei sunt testes, & confirmatores: Sancia Soror Imperatoris of. Rodericus Gonzalvez of. Comes Rodericus Martinez of. Comes Gonzalvus Pelaez of. **Comes Gomez of.** Guido Sancte Romane Ecclesie Cardinalis, & Legatus of. Raimundus Toletanus Archieps of. Petrus Secobiensis Eps of. Bernardo Segontinus Eps of. Berengarius Salmanticensis Eps of. Guter Petrez Lameo of. Ferrandus Gutierrez Merinus Legionis of. Michel Feliz Merinus Burgensis of. Diego Munioz Merinus Saldanie of. Giralduus scripsit hanc cartam jussu Magistri Hugonis Cancellarij imperatoris. ✠

### ESCRITURA CLX.

*Concordia entre Sabagun, y Doña Maria Gomez, y sus hijos sobre el Señorío de Villavicencio.*

Cax. 37. leg. 1. n. 2. y 3.

Año de 1136.

**T**emporibus gloriosissimi Imperatoris Adefonsi orta fuit contentio inter Abbatem, & monachos Sancti Facundi, & inte Maria Gomez, & filios suos super villa Vincentij, quia utrique sibi eam vindicare volebant. Que altercatio ab eis diu retractata, cum inter eos nullo modo terminari potuisset, supradictus Imperator habito consilio cum Sorore sua Domna

Sancia, & cum Comite Domino Roderico Martinez, & cum Comite Domino Roderico Gunsalviz, & cum ceteris, quibus sibi visum est, fecit inter eos talem convenientiam, ut partirent ipsam villam inter se. & illi Monachi Sancti Facundi accepissent totam illam villam antiquam ab integro; & ipsi filij de Petro Martinez cum sua Matre accepissent alium tantum in illa villa nova, & quod remansisset partissent per medium. & nulla alia hereditate de Sancto Facundo intret in partitione neque terras, neque vineas, neque molinos, neque pratos, neque ortos, neque areas, neque Ferrenes, set ipsius ville Vincentij solares. Et ipsi habitatores discurrant inter eos cum toto suo mobile usque ad Novem dies. Et ut nulla Ecclesia ibi habeatur, nisi de Sancto Facundo, cum suis dextris, cum suis cimiterijs, & cum suis Clericis, & cum suis decimis, & suis primitijs, & cum toto suo offerro, & cum toto suo mortuorum. Et ipsa Maria Gomez cum omnibus filijs, & cum tota sua progenie deveniant fideles. Feligreses de Sancto Facundo in vita, & in morte. & si aliquis illorum ad tantam devenerit paupertatem, ut non habeat de suo unde possit vivere, veniat ad monasterium Sancti Facundi cum quantum sibi remanserit, & ipsi monachi recipiant eum, & ministrent ei victum, & vestitum omnibus diebus vite sue. & si aliquis illorum mortuus fuerit sine filio, tota sua portio de hereditate de illa villa veniat ad Sanctum Facundum. set si mater eius Maria Gomez supervixerit, accipiat eam per manum monachorum, & teneat in vita sua, & post mortem suam revertatur ad Sanctum Facundum. Et si aliquis illorum mortuus fuerit qualicunque modo, ita quod antea non possit facere commendationem de tota sua causa, quinta pars de toto suo avere, & de tota sua hereditate vadat ad Sanctum Facundum. De calumpnia quam inter se fecerint illi homines, unusquisque accipiat de suis. De Pignora, & de iuncta qui eos levaverit respondeat pro illis. Et si ipsi pro se fuerint, pro se

res-